

sitis, que idem marchio contulit dicte ecclesie cum omni utilitate presenti pariter et futura, eandem donationem, sicut facta est, pietatis instinctu decenter ac utiliter confirmamus. Ut igitur huius donationis sit perpes memoria perpetuis temporibus valitura, dictam ecclesiam huius scripti nostri munimine communimus, ad indubitatum fidei argumentum inpressione sigilli nostri hanc paginam roborantes. Huius rei testes sunt: Henricus 5 sanctorum apostolorum in Magdeburg prepositus. Thegenhardus vicedominus curie nostre. Gerbertus cappellanus noster. Henricus plebanus de Lomaze. Henricus camerarius de Seburg. Bernhardus de Liepen. Burchardus de Weterlingen et alii quam plures. Datum Zûrbeke per manum Burchardi notarii curie nostre anno gratie M. CC. vicesimo sexto VI. non. martii, pontificatus nostri anno XXI. 10

353.

Landgraf Ludwig beurkundet, dass Graf Heinrich von Stolberg dem Kloster Walkenried den auf dem Kloster Gute Kalthausen haftenden Zins und sonstige Rechte auf andere Güter im Ried erlassen habe. — Zeugen: Heinrich Raspe und Konrad, Bruder des Landgrafen. [c. 1226—1227.]

Hdschr.: Kop. Perg. Walkenrieder Kopialbuch (saec. XIII) fol. 30^b. Landeshauptarchiv Wolfenbüttel. 15

Gedr.: Urkundenbuch des hist. Ver. für Niedersachsen 2,96 No. 122.

Ann.: Die Zeugen kommen um die Mitte der zwanziger Jahre vor. Am 24. Juni 1227 nahm der Landgraf und in seiner Begleitung auch der Graf Heinrich v. Stolberg am Kreuzzuge theil, auf dem der erstere im Herbst starb.

Ludewicus dei gratia Thuringie langravius, palatinus comes Saxonie omnibus in perpetuum. Errorem, quem gestarum ignorantia rerum et antiquitas temporum posset 20 inducere, precavere cupientes, tenore presentium eunctis innotescimus, quod comes Henricus de Stalberg ecclesie Walkenredensi quandoque gravis existens eam pene in LX marcis dampnificavit, verum predictus comes hec se in anime sue periculum fecisse considerans et iram omnipotentis dei atque beate virginis offensam perpessurum metuens 25 super hiis penitentia ductus, cum claustro indebite gravato creditit componendum sub tali forma, ut curia Caldenhusen, sibi in xxviii solidis annuatim censualis a totius census solutione in perpetuum libera remaneret, nichil etiam deinceps iuris seu potestatis in ipsa curia vel quibuslibet bonis in palude ad memoratam ecclesiam pertinentibus sibi vendicaret. Unde, quoniam fratribus sepius dicti cenobii de speciali ac habundanti imperatorum 30 elementia indultum cognovimus, ut ipsis liceat bona imperii emere et commutare, in elemosinam quoque recipere assensu imperii super hiis non requisito, comes prenomiatus censum et jurisdictionem, quam a nobis iure feudali in predictis monachorum bonis in palude habuit, benigne et totaliter in manus nostras resignavit. Nos vero in favorem sancte religionis ecclesie Walkenredensi ius nostrum, in ipsis bonis de gratia imperii 35 nobis collatum in anime nostre remedium volenti animo donamus presenti scripto comitis Henrici resignationem et nostre gratiam donationis attestantes et sigilli nostri inpressione confirmantes. Huius rei testes sunt: Henricus Raspo et Conradus fratres langravii. Ludolfus de Berlstede. Rodolfus pincerna de Varila et Theodericus Niger frater eius.